



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 20. Hispaniarum Rex ad Africæ oram appulsus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

nullam cum ceteris hujus consilii sociis partem habuisset.

Sæcul. XVI.
A.C. 1517.

§. XX.

Hispaniarum Rex ad Africae oram appulsus.

Sub idem tempus Ximeno Cardinali nunciatum, quod Rex Catholicus ineunte Septembri vela fecisset, atque exacto pene eodem mense ad Austriæ oram appulisset. Hic Regis adventus Ximenium, quamvis per hujus præsentiam a regni administratione amovendus crederetur, nihilominus insolita adeo lætitia replebat, ut pristinam valetudinem recuperare videretur: quapropter divinis operari, ac publici colloquii copiam petentibus præbere cæpit, responditque ad literas, quas eo tempore Rex ad illum perscripserat, ac communicata adventus sui notitia ejus sententiam rogabat, num ex duabus Monarchiis prius Arragoniam, vel potius præprimis Castellam lustrare consultum foret. Ximenius Castellam prætulit, Rex quoque aquiescere videbatur: ast Belgii Proceres tot turbas suscitabant, Regemque tam fastidiosa detinebant mora, ut tandem Valdoleti comitia agere decerneret. Horum igitur artibus factum, ut Ximenius nunquam Regis conspectum subiret, nec hic stetit

Ciacon. t. 3.

p. 284.

Raynald. l. 6.

num. 112.

Sæcul. XVI. tit eorum invidia; adeo enim in eum ex-
 A.C. 1517. ulcerabant Regis animum, ut hic ad
Ximenium literas tam acerbas daret, qui-
 bus illius mors accelerari credebatur; significabat enim, sperare se, brevi ejus colloquio frui, perceptisque illius consiliis, atque præceptis æquum omnino sibi videri, ut ipse publicis Regni negotiis tandem exoneratus, unice valetudinis suæ curam haberet, ac reliquos vitæ dies in Dicocesi sua tranquille transigere posset.

§. XXI.

Ximenii Cardinalis obitus.

*Gomes. in vi-
 ta Xim. l. 7.
 Ciacon. t. 3.
 p. 285.
 Lucas Wa-
 ding.*

Pridie Ximenius nova febris accessione laborabat, quam internus dolor ex regis literis conceptus haud leviter auxit (*), mortemque acceleravit. Ubi igitur

(*) Ximenium ex concepto dolore, quod a Regni administratione vacare jussus esset, emarcuisse, non nisi ab ejus virtutis invidis fuisse divulgatum testatur Raynaldus loc. cit. n. 105. magis adhuc inepte allegatur Ciaconius, qui eodem loco hæc habet: *Pridie quam Regis literæ pervenirent, Ximenius febrim laborare coeperat, ATQUE IDCIRCO CAROLI REGIS LITERÆ EI DATÆ NON SUNT, sed ad Regium Senatum remissæ.* Id tamen apud omnes vitæ Ximenii Scriptores legitur